

FRANCISCI RAKOCZI

De

Felső Vadász,

DEI GRATIA
PRINCIPIS,& Inclyti Comitatus de Sáros Su-
premi & perpetui

COMITIS;

A se pro mensura gratiæ concepta
Supplex

PRECATIO,

Qua Domini DEI sui faciem quo-
tidiè exorare solet.

*Nunc prælo publicata, eum ob finem:
ut imperio Ejus subjacens Exercitus
Ungaricus, vestigia Clementissimi sui
PRINCIPIS & DOMINI, in de-
votè precando sequi a-
suescat.*



Anno 1703.

ERRATA CORRIGENDI

1750

ERRATA CORRIGENDI

A la fin mentionner les concepts
C O M I T E
qui ont été reçus

PAR

BCU Cluj / Central University Library Cluj

Qu'on dise que l'on a fait
tous les efforts possibles


pour que l'ouvrage soit
le plus exact possible

et que l'on ne se soit
pas laissé aller à aucune

négligence dans la
composition de ce livre


et que l'on se soit
efforcé de le rendre
aussi utile que possible

Année 1750



Omine DEus, Ju-
D stitizæ Fons, & Clementizæ
inexhaustibilis scaturigo! qui
populum tuum a' semita mandato-
rum tuorum aberrantem, quando-
que jugô servitutis punire soles, ut
fractâ cervicis ejus duritate, prout
ei in puniendo justitiam, ita in
parcendo notam reddas clemen-
tiam.

Fatemur, Domine! iniquitatem
Patrum nostrorum, cognoscimus
quotidianas culpas nostras, quibus
te Patrem offendentes, dignè fla-
gellum tuum experimur; meriti su-
mus Domine, ut gloria gentis no-
stræ transeat in Exteros, & Filiï
nostri alieni populi subjaceant ju-
go; digni sumus, q' ut deleto semi-




ne nostro, pereat nomen originis & gentis nostræ, quia a' Te, DEO, Rege, & Domino nostro recessimus.

Verùm tamen ô Domine! respice gementem populum tuum, in hunc miseriarum Oceanum lapsum, exaudi multorum pauperum, viduarum, orphanorum ad Te supplicantium clamores, vide innocentium, & à te vindictam exorantium effusum sanguinem, & ne obliviscaris misericordiarum ^{restitu}tuarum, quas olim electo, in servitute degenti populo tuo demonstrare dignatus es; & siquidem animos nostros ad liberationis nostræ intentum commovere dignatus es, actus nostros dirige, brachia conforta, arma acue, ut benignam voluntatem tuam totis viribus sequi valeamus.

Da Domine, illis quos Ductores nostros esse voluisti, in disponendo

nendo Sapienciam, in adverſis fortitudinem, in proſperis continentiam, in bello audaciam, in ſomniis vigilantiam, ut in via beneplacitorum tuorum procedant. Metare Domine caſtra noſtra, & ea palliô miſericordiæ tuæ circumdata, ab hoſtium defende inſidiis; pelle vigilantium ſoporem, ne improviſi reperiamur. Sit Angelus tuus Cuſtos noſter, & Ductor in prælio, qui tormentorum & ſclopetorum globos diſcutiat, & prout Iſraelem per mare ſiccô veſtigiô, ita nos per inimicorum noſtrorum acies ducat incolumes; præſta denique Domine, & Pater noſter benigniſſime, ut receptô in ſinum tuum populô tuô, à via mandatorum tuorum non aberramus; ſed juſtificationes tuas cuſtodientes, in tranquillitate & pace viæ noſtræ ad T. E. dirigantur, qui nos ex immenſa Tua clementia



creatos & redemptos esse voluisti;
per Dominum nostrum JESUM
Christum, Filium tuum, qui Te-
cum, & cum Spiritu Sancto,
vivit & regnat in sæcu-
la sæculorum.

A M E N.

